

CARTULAIRE GÉNÉRAL

DE L'YONNE

RECUEIL DE DOCUMENTS AUTHENTIQUES

POUR SERVIR A L'HISTOIRE DES PAYS QUI FORMENT CE DÉPARTEMENT

PUBLIÉ PAR

LA SOCIÉTÉ DES SCIENCES HISTORIQUES ET NATURELLES DE L'YONNE

SOUS LA DIRECTION

DE

M. MAXIMILIEN QUANTIN

Chevalier de la Légion-d'Honneur, Archiviste du département, correspondant du Ministère de l'Instruction publique pour les Travaux historiques, Vice-Président de la Société des Sciences de l'Yonne.

DEUXIÈME VOLUME.

AUXERRE

PERRIQUET ET ROUILLÉ, IMPRIMEURS DE LA SOCIÉTÉ.

M DCCC LX.

XXXVIII.

PRIVILÈGE DU PAPE PASCAL II POUR L'ABBAYE DE VÉZELAY.

(An 1103, novembre).

Le pape, s'adressant à l'abbé Artaud, lui rappelle que son monastère a été soumis à saint Pierre par ses fondateurs, le comte Gérard et Berthe, sa femme. Il fait défense absolue à toute personne de s'emparer des biens qui en dépendent, et il en fait l'énumération. On y voit entre autres, dans le diocèse d'Autun, les églises de Saint-Pierre sur la Cure ; de Saint-Sulpice avec le village de Vergy ; de Saint-Pierre et le village de Dornecy ; la terre de Flacy et l'église de Saint-Symphorien ; les églises d'Asnières, de Fontenay, de Blannay, de Lisle, de Flagy, Saint-Léger en Morvan et de Saint-Andoche ; dans le diocèse d'Auxerre, l'église de Mailly-la-Ville ; et un grand nombre d'autres églises disséminées sur la surface de la France.

Le pape rappelle l'autorité de l'abbaye de Cluny sur celle de Vézelay et la confirme ; mais en même temps il donne à l'abbé de Vézelay beaucoup d'indépendance vis-à-vis de l'évêque d'Autun dans le diocèse duquel ce monastère était établi.

Paschalis, episcopus, servus servorum Dei, dilecto fratri Artaldo, abbati Verzeliacensis cœnobii, ejusque legitimis successoribus in perpetuum. Quia documentis apostolicis regendus est ordo ecclesiasticus, oportet ut grex dominicus impigro animo, assidua vigilantia, custodiatur et gubernetur. Ut autem prælatorum vigilantiam nulla nox, nulla tenebrarum hora opprimat, vel confundat caritas, quæ Deus est, quæ præter unum, alterum nescit, omnibus viribus tota mente diligenda est et tenenda. Quoniam vero nullis præcedentibus meritis, sed sola omnipotentis Dei gratia in Ecclesia locum Petri obtinemus, necesse est ut omnibus superimpendamur ecclesiis, maxime his quæ juris beati Petri esse noscuntur, et quæ affectu filiali invocant consilium et auxilium matris suæ. Quia igitur dilectio fraternitatis vestræ postulavit privilegium monasterio Virziliaco fieri, cujus regimen, authore Deo, vobis commissum est, quod fundatores ipsius Gerardus, comes, vir nobilissimus, et uxor ejus Berta, pia devotione, et testa-

menti confirmatione beato Petro Apostolorum principi obtulerunt, nos precibus vestris assensum præbentes, autoritate apostolica per præsens privilegium confirmamus atque statuimus, ut nulli imperatorum, nulli unquam regum, nulli comitum, nulli antistitum, nulli cuiquam alii de rebus quæ jam dicto monasterio a prædictis fundatoribus, vel ab aliis Deum timentibus oblatae, vel concessæ sunt, vel deinceps conferendæ, sub qualibet occasionis specie liceat minuere, vel auferre, vel ablatas retinere. Inter quæ nominatim eidem monasterio confirmamus: in episcopatu Eduensi, ecclesiam Sancti-Petri juxta fluvium Chore sitam; Varginiacum villam cum omnibus appendiciis suis, et ecclesiam Sancti-Sulpitii; Dorneciaccum villam cum universis adjacentiis, et ecclesiam Sancti-Petri; — Flaia-cum villam cum ecclesia Sancti-Symphoriani, et omnibus eorum appendiciis; — ecclesiam Sancti-Sulpitii de Asinariis; — ecclesiam Sancti-Germani de Fontiniaco; — ecclesiam Sancti-Petri de Blanniaco; — ecclesiam Sancti-Georgii de Insula; — ecclesiam Sancti-Syagrii de Flagiaco cum omnibus earum pertinentiis; — vil-lam Sancti-Leodegarii de Morvenno, cum ecclesia ejusdem martyris et universis eorum adjacentiis; — in eodem territorio, ecclesiam Sancti-Andocii;

In episcopatu Autissiodorensi, ecclesiam Sancti-Adriani de Maliaco-villa, cum capellis in eadem parrochia sitis;

In episcopatu Nivernensi, ecclesiam Sancti-Petri de Longiaco; — Ecclesiam Sancti-Sylvestri de Varenniis; — Ecclesiam Sancti-Martini de Tauriaco; — Ecclesiam Sancti-Petri de Luperciaco villa;

In episcopatu Matisconensi, ecclesiam Sanctæ-Mariæ de Coblenis;

In episcopatu Arvernensi, ecclesiam Sancti-Germani; — Ecclesiam Sancti-Cypriani; — ecclesiam Sancti-Leodegarii de Vendac; — ecclesiam Sanctæ-Mariæ-Magdalænæ de Claromonte, cum universis earum appendiciis;

In archiepiscopatu Bituricensi, ecclesiam Sancti-Andre de Taciaco; — Eccle-siam Sancti-Mariæ-Magdalænæ de Rufiaco; — Ecclesiam Sancti-Sulpitii de Sal-zelis, cum omnibus ad easdem pertinentibus;

In episcopatu Pictaviensi, ecclesiam Dei dilectricis Sanctæ-Mariæ-Magdalænæ juxta Mirebellum castrum; — Ex altera parte ejusdem castri, ecclesiam Sanctæ-Radegundis de Burgonno;

In territorio Toarcensi, ecclesiam Sancti-Germani, et ecclesiam Sanctæ-Mariæ de Spisis;

In episcopatu Sanctonensi, ecclesiam Sanctæ-Mariæ-Magdalænæ de Ferrariis;

In archiepiscopatu Senonensi, ecclesiam Sanctæ-Mariæ de Villari-monasterio; — ecclesiam Castri-Fliscardi; — ecclesias castri Moreti, et ecclesiam Senardi villa, cum omnibus earum appendiciis;



In episcopatu Belvacensi, ecclesias Bublisi castri; — ecclesiam Sancti-Remigii; — ecclesiam Sanctæ-Mariæ-Magdalænæ de Merloto, et ecclesias Borinellis villæ, cum omnibus earum pertinentiis;

In episcopatu Noviomensi, in castro quod Ham vocatur, ecclesiam Sanctæ-Mariæ-Magdalænæ; — in Villari-Sylva, ecclesias ejusdem Dei dilectricis, cum universis earum appendiciis; — in eadem diœcesi ecclesias de Ingulos.

Præterea statuimus ut consecratio monasterii ipsius, et ecclesiarum quæ sunt in circumadjacenti villa, ordinationes quoque monachorum et clericorum, consilio abbatum Cluniacensium, quibus prædecessores nostri et nos perpetualiter concessimus vices nostras in jam dicto monasterio, ibidem fiant, aut ubi ipsi abbates maluerint. Chrisma quoque et oleum sanctum a quo maluerint catholico episcopo accipiant. Ecclesiæ vero ejusdem monasterii per diversas provincias constitutæ et earum altaria, ab episcopis, in quorum diœcesi sunt, consecrentur. Sacerdotes etiam et clerici ordinentur, et ab eis chrisma et oleum sanctum accipiant, si gratiam romanæ sedis habuerint, et gratis, ac sine pravitate aliqua dare voluerint, sin alias a quo maluerint catholico episcopo accipiant. Obeunte te, ejusdem loci abbate, vel quocumque successorum tuorum, nullus ibi eligatur violentia, vel aliqua subreptionis astutia, sed quem fratres communi consensu, vel pars fratrum sanioris consilii, prædictorum Cluniacensium abbatum præcepto, secundum regulam beati Benedicti, elegerint. Electus vero, aut a romano pontifico, aut eorundem abbatum consilio consecretur. Ipsius autem diœcesis episcopo, nisi ab abbate ipsius monasterii invitatus fuerit, stationes agere publicas, aut privatas missas celebrare in eodem monasterio non liceat. Donationem quoque vel subjectionem, seu potestatem interdicendi in eodem cœnobio et circumadjacenti villa, nullam habeat.

Decrevimus etiam ut nulli omnino hominum liceat cœnobium ipsum perturbare, vel inquietare, seu vexationibus servos Dei fatigare, vel ejus possessiones auferre, vel minuere, sed omnia in integrum conserventur eorum usibus, pro quorum sustentatione et gubernatione eidem monasterio sunt concessa. Ad indicium quoque hujus libertatis, apostolicæ sedi, cujus juris esse dignoscitur, libram argenti per singulos annos persolvat.

Si quis autem sciens contra hujus nostri decreti paginam agere temptaverit, secundo vel tertio ammonitus, nisi resipuerit, a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu-Christi alienus fiat. Qui vero observator extiterit, sanctorum apostolorum Petri et Pauli benedictionem percipiat, et in futuro sanctorum consortio perfrui mereatur. Omnipotens Deus, qui est vera salus, et vera custodia, te et congregationem tibi creditam protegat et defendat, et per intercessionem

beatæ Mariæ-Magdalænæ, quæ cum fonte lachrymarum ad fontem misericordiæ Christum pervenit, ad finem qui non finitur, pervenire concedat.

Ego PASCHALIS, catholicæ ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Datum Beneventi, per manus Galteri, romanæ ecclesiæ diaconi-cardinalis, anno dominicæ Incarnationis MCM; mense novembri, indictione XI; pontificatus ejusdem secundi Paschalis papæ, anno quarto.

Biblioth. Cluniacensis, in f., notæ ad lib. II epistol. Petri Venerabilis, col. 133.

Vers l'an 1668, les chanoines de Vézelay, ayant produit cette bulle dans un procès contre l'évêque d'Autun, au sujet de l'exemption de la juridiction de l'Ordinaire, les avocats de l'évêque s'évertuèrent à y trouver de nombreux caractères de fausseté. Cependant cette pièce ne paraît pas en renfermer. La formule *Paschalis*, etc., la signature, les dates finales, tous ces caractères sont reconnus pour appartenir aux bulles authentiques du pape Paschal II; le chiffre de l'indiction correspond bien à la date de l'année 1103. On ne peut contester que l'année du pontificat, laquelle étant donnée pour la quatrième, ne coïncide pas avec la chronologie du pontificat de ce pape. On peut expliquer cette différence en supposant que le copiste a mal lu le chiffre final de la bulle. La charte que nous citons ci-après vient corroborer l'authenticité de la bulle de Paschal II.

En 1103, dans un accord passé entre Norgaud, évêque d'Autun et les religieux de Cluny, devant le légat du pape, il fut dit que l'évêque d'Autun n'exigerait pas l'obéissance de l'abbé de Vézelay: que les moines recavraient les ordres sacrés à leur volonté, etc. — D. Bouquet, t. XIV, p. 117.